



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniae, 1654

Conuersio S. Augustini S. Hilarius Ep. S. Herina V. M. 5. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

1. S. Augustini conuersio, & à matre
eam impetrante, & S. Ambrosio dispu-
tante & ipsius qui conuersus est vincu-
lis ac lucta habet plurima quæ mire-
ris. Vltimas in conuersione habuit le-
ctio librorum Ss. induimini Iesum
Christum. Qua voce eum Paulus sic
prostravit, ut ipse olim à Dno fuerat
prostratus & in alium virum mutatus.

2. S. Hilarius Arelatensis Episcopus insignis
aduersus Pelagionos vna cum S.
Prospero athleta victorijs suis orbem
& fama nominis impleuit. Ecclesiæ
suæ bona ac iura & tutatus est acerri-
me, & auxit amplissime circa Annũ
D. 458.

3. S. Herina Licinij Imp. & Con-
stantiæ filia, à matre Christianis sacris
instituta Christo se deuouit. Cumque
à patre desponsa nuptias recusaret,
demum Martyrij Coronam Virgini-
tatis gloriæ adiecit.

Conuersio S. Augustini. S. Hilarius Ep.
S. Herina V. M. s. Maij.



Studium S. Lestionis.

Ita Scripturas lege, vt memineris illas esse verba Dei. August.

S. Augustini (S. Hilarij Epif. S. Herina V. & M.) quaesumus Dne, annua solemnitas pietati tuae nos reddat acceptos, & nobis gratiae tuae dona conciliet. Per D. N. Iesum Christum &c.

Ora pro conuersione peccatorum

&c